Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 9

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 10.



Codex VIIII.

Chartac. Fol. maj. Sec 14./15. 1.9.

Anonymi Com̄ent. in I. II. et III libr. sent. Est Henrici de Oyta.

Foliis 289. belle scriptis continet Com̄entarium Anonymi in Libros sententiarum I. II. et III. Incipit: "Circa prologum libri sententiarum quaeritur utrum per discursum theologicum acquiratur scientia propriae dicta". In fine libri primi: "ut in omnibus nostra voluntas sit sicut decet divinae voluntati cōfortas /: conformis? :/ eo operante que /: qui? :/ super omnia benedictus in saecula amen. et sic est finis."

"Expliciunt quaestiones primi libri sententiarum."

Liber secundus incipit: "Circa primam distinctionem 2di quaeritur utrum in temporis initio Deus fecerit mundum ex nihilo". Ultima denique quaestio est: "Utrum omne perjurium sit peccatum mortale", et finit in haec verba: "quamvis illicitum sit jurare per idolum quia forma illa est prohibita, tamen ubi necessitas vel com̄unis utilitas hoc requirit, licitum est recipere juramentum tale, sicut recepit Jacob pro bono suae posteritatis, Judas pro pace gentis suae, et sicut Xtiani a saracenis recipiunt pro pace et utilitate com̄unitatis".

In fronte codicis manus coaeva adjecit:
"Istum Librum testatus est magister Georgius de Walse pro libraria facultatis artium cujus anima requiescat in pace."

Hunc Com̄entarium esse Henrici de Oyta propter eadem verba initialia ex Thrithemio de Script. eccles. cap. 687. didici.
Erat is Henricus Oyta /: dictus etiam Euta, Otha, Huecta :/ germanus, doctor insignis Vienensis, et collega Henrici de Hassia, obiitque ao 1397. Vid. Scriptor. Univers. Vienn. Sec. I. p. 58.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 9

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1759

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)